Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2229
Quelle:
Copyright:

	Codex:	Editio:
v. 2.	*parvum desiderium.*	*pium desiderium non.*
	spiritum dei	*spiritum Christi*
v. 3.	*prodest — careas — displiceas.*	*prodesset — careres — displiceres.*
	sanctum.	*hominem sanctum*
	Opto.	*Opta.*
	Exterius.	*memoriter.*
	totum prodesset.	*hoc totum tibi prodesset.*
	gratia.	*et dei gratia.*
	Vanitas.	*Vanitas ergo.*
	regna celestia.	*coelestia regna.*
v. 5.	*saciabitur.*	*satiatur.*
	transferre.	*te transferre.*
	conscientiam	*suam conscientiam.*

Ut leviusculas quasdam vocum transpositiones omittam. Itaque *Valartium* non immerito licentiae coarguit *Franc. Jos. Desbillionius* nova Nostri editione *Mannhem.* 1780. 8. cui et eruditas pro *Thoma Kemp.* Vindicias praemisit, et longum subtexuit Indicem Lectionum, quibus ille ab Editionibus authenticis deflexit obliterandorum Autoris *Germanismorum* valde studiosus. *Codicis* nostri fronti adscriptum: *Sum Georgij Tanneri Jurisconf. senioris, et ipsius gratæ posteritatis Tanneriane Casp. et Georgij filiorum*, et calci: *Sum Georgij Tanneri Jurisconf. senioris, in perpetuum Tannerianæ posteritatis filiorum et nepotum usum. unde superioris seculi infelicitatem cognoscat, et mecum Deo æterno Patri Domini nostri Jesu Christi pro restituta luce ueræ doctrinæ ardentius gratias agat.* Protestantibus piis in pretio est *Thomas Kemp.* Quanam igitur lux, cui ille offecerit? Fuit *Tannerus* in Acad. *Vien.* primarius Scriptor. Graec. Interpres et ann. 1565 et 79. Fac. Jurid. Decanus.

DLXXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 330. f. per duas columnas currente manu scriptus, rubricisque distinctus continet, ut habet titulus *Elenchi* in membrana praefixi: *Opuscula sacre Theologie professoris fratris jacobi de paradiso in ordine carthusien. professi.* De Autoribus Carthusianis *Jacobi* nomine insignitis apud ipsos Ordinis scriptores fluctuant omnia. Memorantur aliis *Jacobus de Polonia, de Clusa, de Paradiso, de Junterbuck, de Gruytroede;* alii praeter *Jac. Gruytrodium* Priorem *Leodiensem* non nisi *Jacobum* domus *S. Salvatoris prope Erfordiam* Vicarium agnoscunt varian- 120